



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

tur: perfecto negotio, reuertitur in Saxoniam.

CAPVT IX.

ERat Henrico, tum omnes regni fines tuenti, bellum in Danos, Holsatiam vastantes: Perdomuit, & retrò egit gentem. Urbem Slesuicum coloniam fecit Saxonum, constituto ibi Marchione, quod in Dania diximus. Deindè cum Scandalos quoquè ad iuga cogeret, oppugnata, vt diximus, vrbe illorum precipua Brandenburgò, per brumam in glacie firmatis castris: is erat animorum ardor: nec enim poterat propter palustria loca, & crebras vndas, aliter expugnari. Expugnata vrbi presidem imposuit cum colonia Saxonum, cui simile indidit honoris vocabulum, vt Marchio diceretur: quod itidè in Scandalia signauimus. Inoleuerat tum primùm marchionum nomen antè inauditum: & vt arbitror, ex Saxonica lingua ductū: nam Veltmark vocat quodq; villagium suum agrum: quod alibi latius deduximus. Cùmque in morte ipsius, vt dicemus, marchionatus Danorū Slesuici interiret, in solo Scandalico Brandenburgi mirum in modum profecit, vt inter maximos Germaniæ principatus numeratus, dignitatem iam diu tenuerit Electura ad Imperium, quotidie per nostra tempora increscens, cùm in manus peruenerit veterum Francorum, quos nunc per summam iniuriam Francones vocant, cùm Galli teneant verum illorum nomen, ductum à libertate. Sed hodiè, vt diximus, per illos principes magnificè effertur principatus Brandenburgensis, propter accessionem principatuum, quos pridem habentes, concesserunt nouissimis temporibus ex Francia & Bauaria ad tenendum hanc Electuræ dignitatem, quæ titulo debetur Brandenburgensi.

CAPVT